



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Theologia Moralis**

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1707**

Q. 97. Quis dicatur intrusus; & quæ intrusio obstet Regulæ de triennali.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42600**

sed postea commiserit simoniam: aut si antea commiserat simoniam, sed postea supervenerit titulus coloratus, per quem sit ingressus, docent *Gom.* & *Chok.* non obstare Regulæ, quia non est ingressus vi simoniæ sed alterius tituli; contradicit *Lugo de just.* d. 7. n. 127., quia subjectum illud erat incapax, sed responderi potest incapacitatem illam fuisse tantum ab extrinseco, ideoque non obstitisse Regulæ, secundum dicta n. 703.

**711** §. III. Si quis ex solo titulo simoniaco possideat, quamvis dispensatus & absolutus sit à simonia & poenis, tamen non posse juvari hac Regulâ docent *Lugo & Haun. de just. t. I. t. 5. n. 280.*, quia ingressus fuit re ipsa simoniacus, de cuius poenæ sublatione, debuisset fieri mentio.

**712** §. IV. Non obstat simonia mentalis tantum vel conventionalis, sed ut excludatur effectus Regulæ, debet præcessisse simonia realis utrumque completa, secundum dicta l. 1. n. 212.

**713** Q. 97. *Quis dicatur intrusus, & quæ intrusus obstat Regulæ de triennali. R.*

§. I. In genere omnis ille dicitur intrusus, qui accipit vel retinet beneficium, sciens nullum sibi jus competere in illo: sed strictius loquendo, *Cathrop. t. 13. d. 2. p. 33. n. 11.* & alii communiter per intrusum intelligunt illum, 1. Qui sine auctoritate veri collatoris se immittit in beneficium. 2. Qui sine titulo se ingerit in administrationem beneficii. 3. Qui post electionem ante confirmationem beneficium administrat. 4. Qui absque legitima institutione fructus beneficii percipit. 5. Qui beneficium retinet, postquam per sententiam judicis amotus est, nisi ab illa jure appetat. 6. Qui detinet beneficium, quo ipso jure privatus est; sed accedere debet sententia saltem declaratoria criminis, si ob crimen priva-

privatus sit, *Covar. Vasq. Castrop.* 7. Qui cùm ex-  
communicatione vel suspensiōne vel interdicto ab  
officio, adeptus est beneficium. 8. Qui canonicum  
titulum habens, violenter occupat beneficium; præ-  
requiritur tamen sententia declaratoria, *Covar.*  
*Vasq. Castrop. Lugo de Just. d. 7. n. 132.* 9. Qui  
possessionem beneficii accipit necdum expeditis à  
Papa literis, sed solā supplicatione signatā, *Az. Ca-*  
*stro. Fil. aliique communiūs contra Sanch. in*  
*Conf. l. 2. c. 2. d. 21. & Rebuff.*, quamvis enim per  
solam signaturam perficiatur gratia, nec requiratur  
semper scriptura, hīc tamen requiritur ob novas  
Constitutiones Pontificum, *Castrop. Lugo n. 133.*

¶ II. Nulla intrusio videtur obstare Regulæ de 714  
triennali, nisi ex provisione alterius quām Papæ  
aliquis ingressus sit beneficium vacans per obitum in  
Curia, vel secundūm Constit. Iulii III. apud Pias.  
in p̄œm. n. 9., si suscepere administrationem be-  
neficii aut dignitatis ante expeditas literas aut con-  
firmationem obtentam, vel denique si sit aliquo ex-  
dictis modis intrusus, & nullitas seu vitiositas tituli  
sit notoria aut manifestè probetur. Vide *Leur. p. 2.*  
q. 362.

Q. 98. Quid notandum sit circa possessionem 715  
decennalem. R. Hæc majores habet favores quām  
annalis & triennalis, nam decennalis habet vim ti-  
tuli, nisi constet de intrusione, *Gl. Archid. Parif.*  
*Sanch. in Conf. l. 2. c. 1. d. 30. Lett. l. 2. q. 53. n. 31.*  
*Luca de benef. d. 91. n. 15. Tond. p. 1. c. 85. n. 1.* di-  
cens esse certum: quod tenet, etiamsi non doceatur  
de titulo colorato, nam ex decennali oritur præ-  
sumptio canonici ingressus, *Luca n. 16.*, nec præ-  
sumi debet, quod Episcopi visitantes permetterent  
ad decennium aliquem intrusum: hinc nequidem E-  
piscopum post decennium posse ex officio cogere